

1096, marzo. Calatayud

*Pedro I, rey de Aragón y de Navarra, dona diversos bienes a Montearagón.*

(*Crismón*). In nomine Patris et Filii et Spiritu Sancti. Ego Petrus Dei gratia rex Aragonensium siue Pampillonensium pro anima patris mei bone memorie Sancii regis et pro animabus parentum meorum et remissione peccatorum meorum et pro multis et magnis uictoris et beneficiis que Deus nobis dedit de illo loco exeuntibus et redeuntibus facio hanc cartam libertatis et ingenuitatis ecclesie Ihesu Nazareni de Montaragon et sanctis qui ibidem sunt Eximino abbati et eius successoribus. Dono etiam tres iuvas terre intus in termino de Almudeuar cum omnibus suis cum ingressibus et regressibus suis cum pascuis et herbis et pasceriis cum heremis et cultis cum planis et montuosis cum uallibus et montuosis, planiciis cum arboribus, nemoribus, lignis, p[r]atris et pascuis suis, fontibus, aquis et molendinis factis et faciendis cum omi[ni]bus et feminis que in predicta uilla et earum terminis sunt uel erunt uel esse uel habitare potuerunt cum eorum bonis habitis et habendis, cum hostis, caualcatis, appellitis, questis, tollitis, furtis, forciis, adempnis, precariis, trobis et inuencionibus seruiciis et ysaticis (*sic*) et garricis cum melioramentis que in prelibata uilla et earum terminis sunt uel fieri potuerunt unquam ullo modo. Adhuc etiam dono illam turrem que est in Frumiynena que fuit Exemeno Ferrandez quia ipse fuit bonus miles in exercitu Osce que sit candela pro anima patris mei et ipsius similiter ut ardeat die hac nocte ad honorem Ihesu Nazareni et sancti Uictoriani et aliorum sanctorum que ibidem sunt. Et est terminus de ipsam turrem usque ad illam serram sicut aqua descendit deinde usque ad illum podium de Almarques, francham et liberam, ingenuam et quietam cum aquis et pascuis et garricis ut populetis ipsam

ad honorem tocius christianitatis. Adhuc etiam dono decimam et primiciam de almunia que uocatur Auarias que fuit de Ato Acenarez. Adhuc etiam dono decimam et primiciam de ipsam iuuatam nostram que uocatur Aones. Hec autem omnia supra scripta libens et spontaneus hac uoluntarius et gaudens cum hoc prouilegio meo perpetuo et ualituro signi mei auctoritate munito de meo iure et dominio et potestate in plenum et perpetuum ius et dominium et posse predictae ecclesie Ihesu Nazareni Montis Aragonis et canonicorum eiusdem dono, trado, transfero et transmutto ex toto sine omni meo meorumque retentu uel quiete aduentum ad honorem et seruicium Ihesu Christi ad libere possidendu n omnesque uoluntates suas inde faciendum per secula cuncta tanque de sua propria hereditate et alodio franco et libero, ingenuo et inmundi, sicut melius et plenius, sanius et utilius dici et intelligi potest ad omnem bonum et comunem utilitatem et honorem de seruitium Dei et predictae ecclesie Montis Aragonis et conuentus eiusdem presentis scilicet et futuris; promitto etiam firmiter et conuenio bona fide supradictae ecclesie Montis Aragonis et toti conuentui substitute et substituendo quod de his omnibus ero semper bonus auctor et fidelius adiutor et defensor contra omnes homines et feminas faciens hec omnia semper eos integre tenere et quiete et pacifice possidere.

Facta carta ista firma et stabilis omni tempore in Era T. C. XXX. III<sup>a</sup> in mense marcio et in obsidione de Calataiub. Regnante me Dei gratia rege Petro Sanchiz in Aragone et in Pampilonia et in Superarui et in Ripa Curcia et in Osca. Petrus episcopus in Osca. Et alius Petrus episcopus in Yrunna. Et dompnus Poncius episcopus in Roda. Adefonsus frater meus in Biale. Comes Sancius in Erro et in Tafaylla. Senior Galindo Sangiç in Funes et in Argadas. Senior Enneco Fertuniones in Santa Maria de Uxua et in Annesse. Senior Lope Lopeç in Uno Castello. Senior Lope Garçeç in Ayerbe. Senior Fertum Lopeç in Loarr. Senior Forti Ortiç in Oska et in Monte Aragone. Senior Eximino Garçeç et illo abbate don Galindo in Montesson. Senior Ramon Galin in Stata et in Statella. Don Caluet in Oze et in Alchestro. Garcia Necones merino et Lope Fertuniones çaua Medina in Oska et Sancho Acenar Garçeç merino in Valle de Funes. Signum (signo)<sup>61</sup> Petri Dei gratia rex Aragonenssis siue Pampilonenssis.

---

<sup>61</sup> El signo de Pedro I no está en caracteres árabes.

Ego autem Sancius scriptor sub iussione domni mei regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc sig-(*signo*) num feci.

*AHN. Clero. Montearagón. Carp. 621, n.º 18. Documento bastante borroso.*

*Publica Antonio Ubieta, Colección diplomática de Pedro I de Aragón y de Navarra, doc. 23, pp. 239-241.*